



**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;  
ac amittendi modos breuiter continens**

**Viviani, Giuliano**

**Romae, 1620**

Cap. 4. Quomodo transferatur iuspatronatus ex donatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](#)

de Curte de iurepatr. in verbo ipse, vel is à quo quæst. 16.  
3 num. 28. iuspatron. autem †  
de per se consideratum non  
potest permutari cum alia re  
profana, quia simonia com-  
mitteretur. Cardin. in dicto

cap. cum seculum. gloss. in di-  
cta Clement. plures in verbo  
libere. Hostien. in summa tit.  
de iurepatr. §. qualiter trans-  
feratur, versiculo res permu-  
tata; tangit Abb. in cap. quæ-  
rimoniā num. 4. de iurepat.

C A P V T Q V A R T V M.

Quomodo transferatur iuspatronatus ex donatione.

S U M M A R I V M.

- 1 *Iuspatronatus transfertur per donationem.*
  - 2 *Cum consensu Episcopi.*
  - 3 *Donans iuspatronatus, si quid recipiat, simoniam commisit.*
  - 4 *Donatarius si presentare debeat ad alterius voluntatem conuentio hæc non tenet.*
  - 5 *Donatarij si plures sint, & unus renunciat, alijs accrescit.*
  - 6 *Ius accrescendi ubi locum habeat.*
  - 7 *Iuspatronatus non venit in donatione omnium iurium.*
  - 8 *Nisi in ea dictum sit a cedente consensu Episcopi.*
  - 9 *In donatione iurispatronatus quid seruandum.*
- Praxis Iurispatron.*

1 **T**ransfit etiam † iuspatro-  
natus de vno in alium  
per donationem. gloss. in cap.  
piæmentis. 16. quæst. 7. Doct.  
in Rubr. & in cap. cum secu-  
lum de iurepatronatus, & est  
tex. in cap. ex insinuatione;  
vbi gloss. in verbo liberaliter,  
& in cap. nullus de iurepatro-  
natus, & hanc esse commu-  
nem opinionem testatur Lam  
bertin. vbi supra lib. 1. par. 2.  
quæst. 4. art. 1. Et sic per do-  
nationem transfertur iuspa-  
tronatus de laico in laicum †  
cum consensu Episcopi. Illu-  
strissimus Card. Mant. decis.  
86. num. 5. Rot. Rom. alias si-  
ne dicto consensu non valet.  
Illustrissimus Card. Seraphin.  
decis. 884. num. 1. Rot. Rom.

E 3 de

70 Pars I. Lib. IV. Cap. VI.

de quo consensu habetur in c.  
præterea il seconde, de iure  
pat. & per Lamb. vbi sup. ar. 2.  
3 quod si donans † aliquid ac-  
cipiat pro tali donatione,  
committitur simonia. dicto  
cap. ex insinuatione, ibi li-  
beraliter contulisset, & ibi-  
dem Abb. Quod si tunc di-  
catur, quod donatarius te-  
neatur † præsentare ad vo-  
luntatem alterius etiam Epi-  
scopi, talis conuentio non  
valet. cap. nulla. cap. con-  
stitutus. & cap. vlt. de con-  
cess. præben. loan. Andr. in  
cap. vnico. num. 5. de iure-  
patron. lib. 6. dicta enim  
conuentio vitiatur, & non  
vitiatur, ad cap. vtile. de regul.  
iur. lib. 6. possunt tamen ap-  
poni conditiones secundum  
ius de Episcopic consensu. Ab-  
bas in cap. cum dilectus. de  
confuetud. Quod si dicta do-  
natio † sit facta pluribus, &  
alter eorum, vel alteri repu-  
dient, accrescit talis repu-  
diatio alijs confocijs non re-  
pudiantibus, quia iuspatro-  
natus est individuum: † &  
quamuis in contractibus in-  
ter viuos non habeat locum  
ius accrescendi, excepto visu-  
fructu. l. 1. §. in proprietate.

ff. de visufr. accresc. tamēn.  
secus est si in contractu in-  
terueniat res, & proprietas  
individua, quia tunc habet  
locum ius accrescendi. l. pro-  
prium. ff. com. præd. Bart. in  
l. re coniuncti. num. 65. ff.  
de leg. tertio. ita Bald. in c.  
quanto. de iudic. num. 2. &  
3. ita Rocch. de Curt. de iu-  
repatron. verbo ius. quæst. 6.  
7 Quod si quis † donando di-  
ceret, dono tibi omnia iura  
mea, in tali donatione non  
venit iuspatronatus. sed com-  
munis opinio est, quod in  
donatione omnium bonorū,  
iurium, & actionum veniat  
iuspatronatus. Card. Sera-  
phin. decis. 725. Bald. in l.  
fin. num. 48. vers. dicit In-  
nocen. C. de edict. Diu. Adr.  
8 toll. nisi diceret, † accedente  
tamen cōsensu Episcopi, qua-  
tenus opus sit, tunc enim  
videtur velle donare etiam  
iuspatronatus. In donatione  
9 autem iurispatronatus serua-  
tur text. in cap. vnico. de iu-  
repatronatus. lib. 6. vt dono  
tibi iuspatronatus, quod ha-  
beo in tali ecclesia, & in  
donatione ecclesiae concedo,  
& do talem ecclesiam, vt per  
Spec. in tit. de donat. in princ.

CA.

